

## TESTO

*Hannibal magnum terrorem hostibus morte consulis unius, vulnere alterius iniectum esse ratus, ne cui deesset occasione, castra in tumulum in quo pugnatum erat extemplo transfert; ibi inventum Marcelli corpus sepelit. Crispinus consul et morte collegae et suo vulnere territus, silentio insequentis noctis profectus, quos proximos nactus est montes, in iis loco alto et tuto undique castra posuit. Ibi duo duces sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. Anulis Marcelli simul cum corpore Hannibal potitus erat. Eius signi errore ne qui dolus neceberetur a Poeno metuens, Crispinus circa civitates proximas miserat nuntios occisum collegam esse anulisque eius hostem potitum: ne quibus litteris crederent nomine Marcelli compositis. Paulo ante hic nuntius consulis Salapiam venerat quam litterae ab Hannibale allatae sunt Marcelli nomine compositae se nocte Salapiam venturum: parati milites essent qui in praesidio erant, si quo opera eorum opus esset. Sensere Salapitani fraudem; et rati occasionem supplicii peti propter iram non modo suae defectionis ab Hannibale, sed etiam equitum Poenorum interfectorum, remisso retro nuntio — perfuga autem Romanus erat — oppidanos per muros urbisque opportuna loca in stationibus disponunt; custodias vigilasque in eam noctem intentius instruunt; circa portam qua venturum hostem rebantur quod roboris in praesidio erat opponunt.*

## ESERCIZI

*Scegli il riassunto che ti pare più appropriato fra i tre proposti:*

A - Approfittando del sigillo sottratto a Marcello, Annibale tenta di entrare senza colpo ferire nella città di Salapia, un tempo a lui alleata e poi ribelle; ma gli abitanti, avvertiti dal disertore romano utilizzato come messaggero, preparano le giuste contromisure.

B - Approfittando del sigillo sottratto a Marcello, Annibale tenta di entrare senza colpo ferire nella città di Salapia, a lui alleata e poi ribelle; ma gli abitanti, non fidandosi del disertore romano utilizzato come messaggero, preparano le giuste contromisure.

C - Approfittando del sigillo sottratto a Marcello, Annibale tenta di entrare senza colpo ferire nella città di Salapia, un tempo a lui alleata e poi ribelle; ma gli abitanti, avvertiti dal disertore romano utilizzato come messaggero, preparano le giuste contromisure con l'aiuto di Crispino, console romano.

*Rispondi (in latino) alle seguenti domande (max. 20 parole):*

1. Qualis describitur Hannibal in hac narratione?
2. Cur Crispinus tam sollicitus videtur de anulis Marcelli?

*Le seguenti espressioni avrebbero potuto agire da sinonimo delle espressioni liviane? Se sì, cosa cambia fra una frase e l'altra?*

1. Hannibal magnum terrorem hostibus iniectum esse ratus est => Hannibal magnam formidinem hostibus iniectam esse ratus est

2. Hannibal, ne cui deesset occasione, castra in tumulum transfert => Hannibal ne deesset tempori castra in tumulum transfert

3. Quos proximos nactus est montes, in iis castra posuit => Quos proximos invenit montes, in iis castra posuit

4. Anulis Marcelli simul cum corpore Hannibal potitus erat => Anulos Marcelli simul cum corpore Hannibal ceperat

5. Litterae ab Hannibale allatae sunt Marcelli nomine compositae => Litterae ab Hannibale allatae sunt Marcelli nomine scriptae

*Alla luce del brano letto, indica se le seguenti affermazioni ti paiono vere o false:*

1. Annibale seppellisce il cadavere di Marcello perché se ne ignori la sorte

2. Crispino prevede che Annibale utilizzerà il sigillo di Marcello a danno degli abitanti di Salapia

3. Gli abitanti di Salapia prevedono l'inganno preparato da Annibale prima ancora che Crispino li avverta della sua possibilità

4. Quando il messaggio di Crispino arriva a Salapia, gli abitanti già hanno letto la (falsa) lettera di Marcello

5. Agli occhi di Annibale gli abitanti di Salapia non erano solo colpevoli di diserzione, ma anche di avere ucciso parte dei suoi uomini.